BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 36-1-9

35-3-16

BIBLIOTECA COMUNALE DI SIENNA

Libro di F. Capucino

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

35 3 16

ALBERTI PATAVINI EREMITAE

Augustiniani/ Doctoris Parisiensis/ Præconis celeberrimi in Euangelia totius anni Dominicalia/ in q̄ Euāgelia sanctorum Aliquot vtilissimæ conciones.

F. Aug. Maria Perachinus Lectori Phaletum.

Si fragmenta tuo placent palato
Aeterno geniti parente iussu
Collecta/ illa quidem cibi superni/
Succinctus trabea coloris atri
Ille ille altiloquus/ grauisq̄ præco
Albertus Patauinus/ vrbis alpha
Scriptorumq̄ decus suæ piorum/
Non iam vimineis/ sed arte textis
Auratis calathis onustus hospes
Lauta te faciet sedere mensa/
Præsunt cui veteres quaterbeati/
Quis est iudicium/ & pudica sensa/
Argiui ac latii viri eloquentes.
Hinc audire tubam dabit canoram
Post bellaria/ qua sacros veternum
Vates e Solymis fugasse constat
Diuinum taratantara intonantem.
Intra. sed nucleum queas vt esse
Statim frange nucē/ & satur redibis. M.D.XXIX.

BIBLIOTECA COMUNALE DI MANTOVA

F. Aug. Maria Perachinus Taurinas, Eremita Augustinianus, in congregatione Lombardiæ minimus, Pio lectori. S.D.

INter ea quæ christiano gregi Optime lector plurimũ conducere solent, (si quid omnino mihi est naris) sacrarũ enarrationẽ litterarũ præsertim a uere piis cõcionatoribꝰ promiscuæ multitudinis auribꝰ inculcatã, nõ postremas sedes obtinere, semper iudicaui. Quãdoquidẽ seruator noster adhuc puellꝰ eius excellẽtiã in tẽplo salomonio inter legisperitos demõstrauerit. Et alias sæpe sed efficacius qñ supera to mõtis fastigio, cõsedit nõ in superciliosoꝝ philosophoꝝ pulpito, sed ĩ herbido toro, ubi antiquæ legis ꝓcepta ĩterpretãri cœpit, ut nõ abre se ad hoc missum a patre ꝓnũciarit, ac tã anxiè discipulis ꝓceperit, ut euãgelica auda cter diuulgarẽt mysteria. Nõ. n. dubitauit humani generis ĩstaurator cõcionandi munus, omniũ primus, sacrare. Percipiebat. n. quãtum ex eo, ad oẽs emanare posset cõmodi, & si nõ quiq; mortaliũ purgatis accedãt auribus; & nõnulli bœoticũ nacti ingeniũ, castoꝝ sagittis eloquiorũ palã resistãt, & uiuis cœlestis sapiẽtiæ igniculis aqueũ supinfundãt fluxaꝝ uoluptatũ humorem. Porro Apostoli, diuini spũs ardore accẽsi, charitatis flãmas circũquaq; euomẽtes, tam splendide, tãq; syncere illud sunt exequuti, ut intra paucos annos, magnates & plebeos, senes & adolescẽtes, quascũq; ĩ sup orbis nationes, quãtũuis feroces & ĩdomitas, sine delectu, xp̃i subiugarẽt impio. O certe fœlices piscatores, qui tot hoiuꝫ iactis ꝓdicationũ rhetibꝰ, ad xp̃m ptraxerũt, quos inq; inter minitãtes magistratꝰ inter tot hũanæ sapiẽtiæ assertores tot secures, & mille rerũ discrimina, nõ puduit IESV M crucifixũ annunciare. Vide q̃ infracto essẽt aĩo. Nõ tm̃ alacres erãt, q; digni forẽt cõuicia & cõtumelias pati, sed q; mortẽ quoq;, modis oibꝰ ꝓbrosam, subire oporteret At hi nascẽtis eccl'iæ magnifici heroes, fideles mvsterioꝝ dei dispẽsatores ne ignorarẽt posteri qua ꝓ ueritate effudissẽt sanguinẽ, suauissimas relique re epl'as, euãgelioꝝ edidere præclara uolumina, quæ inuitis inferoꝝ portis adhuc extare uidemus, e quibus nostri formandi sunt mores, & affectus moderãdi. His & uicinitate tẽporis & doctrinæ simplicitate ꝓximi sunt, Quiq; pii patres, & Christo digna locuti, antiqui uidelicet christiãæ reipublicæ doctores, quorum bona pars mirifico uerbo, inculpataq; uitæ exemplo, Græciam omnem illustrauit. Nempe Origenes, Chrysostomus, Gregorii duo Cyrillus, basilius, Athanasius, Theophylus & Theophylactus, nõ sine attica musa in lege domini uersati. Qui uero & uitæ sanctimonia, & eruditione insignes, sine controuersia apud nos probatissimi fuere, sunt Hieronymus classicorũ doctorũ ante signamus, Ambrosius, Cyprianus, Hilarius, & Augustinus ingeniorum aquila, Gregorius, Beda, & alii per multi, quorũ oratio tam præ se fert sermonis apostolici grauitatem, q̃ omnium bonarum disciplinarum eruditionem, sicut uel me tacente egregia eorum uolu-

mina

mina, undiquaq; absolutissima, testari possunt. Sed quid dicam de sacris eorum concionibus, quas Homilias uulgo audimus appellari? Lector amice si assiduus fueris earũ lectione, post mirũ ordinẽ, & minime fucatam eloquẽtiam, nihil nisi ex ueteris nouiq; instrumẽti fontibus haustum offendes. Ita afficiunt sæpenumero lectorem, ut difficile sit ferre sententiam, an in archanis litteris, an in dicendi artificio excellant. Cum quibus si aliquot nostra ætate excussas declamationes conferas, nihil minus feceris, quã si tibiã tubæ comparaueris. Quas item si recitari audias, perinde erit, ac si Adonidis hortos spectes, e quibus non nisi breuem fis uoluptatem reportaturus. Admittuntur tamen passim huiusmodi insulsi & ieiuni homunculi, nullo habito officii respectu, ad tam digna munia, præposteri quoq; doctores, suam uenantes gloriolam, non Iesu Christi, & animarum profectum. Etenim si nunc cogitaret plebs, uerbi dei ministros, Christum in terris, apostolos, & sanctos ecclesiæ pastores referre, & quotquot deferunt citharã haud esse citharedos, non tam facile permitteret quosuis ascendere pulpita, & illic suas attollere cristas. Sed bona pars mortalium ad tantam deuenit insaniam, ut eos solum in præcio inter cõcionatores habeat, qui immodici sint in gesticulatione, qui confictas nugas recitent, qui inutiles quarundam quæstionum nodos soluant, qui concrepantibus buccis colũnas rũpant, ilia reddant. Imbecillia pectus lacerent usq; ad rauim. Licet quidem declamando eleuare uocem, ut sermo sit efficacior, & relinquat aculeos in auditorũ animis, sed suo tempore, quẽadmodum sæpe Christus, & prophetæ olim. Tã delicatulus est mundus qui in maligno positus est, ut omnia fastidiat, præter peregrina dogmata, sæpe admixta hæreseos ueneno, præter proposita enigmata, quæ sibylla excepta intelligat nemo, ut non mentiaris si dicas illi curæ esse ut decipiatur. Iccirco cogor nonnunq; grauissimum illud tempus, a Paulo apostolo, electo dei organo, præuisum, fateri iam euenisse. Nam perspicuum est quosdam gestare aures stulta libidine prurientes, coaceruantes sibi indocte doctos magistros, a quibus audiant non sanam doctrinam, sed somnia quædam, fabulis anilibus simillima, noua, & arguta magis, q̃ utilia, cum scripturis & earum fidis interpretibus pugnantia. Nequaq̃ hæc dicimus ut lædamus, sed magis, ut a lutosa & spinis impedita uia ad rectam, quam tot sancti uiri calcarunt sæmitam, reuocemus aliquot. At dices si Israel non audit, quomodo audiet Pharao? Si obturant aures qui in sæculo magni, & probi apparent, quid facient manifeste impii? Recte quidem. Sed mihi non periit spes. Potens est dominus Iesus qui & horum aures pro bona uoluntate aperiat, ut non sis dicturus, quod surdis cecinerim. Ita enim mihi persuadeo. Verum ne plus satis digrediamur, delectãt mirum in modũ prisci illi & prudẽtes serui, quos cõstituit dñs sup familiã suam, ut æquam illi oportuno tempore, in area, quam sol iusticiæ irradiat, purgati tritici præberent mensuram. Delectant in-

quam nisi oscitanter legantur. Accomodate quippe sese omnium captui, quibus hæc præcipua cura est, ut infantes in Christo, lacte pascant, robustiores uero solido cibo, quēadmodum & litteræ solent diuinæ. Hos inter cæteros qui ministerium exercuere uerbi, tā diligēter euoluit Albertus noster Patauinus post scolasticas concertationes theologiæ (ut uocant) disputatoriæ, cuius euaserat in Parrhisiēsi gymnasio magister, q̄ ex unoquo q̄ additis ex propria officia multis, potiora delegit. Omnia hæc, multo studio & diligentia in unum conflauit, ne aliquando uictus prolixioris lectionis tædio, a lucro desisteres animarum, neue magnus in plebe formanda tibi accresceret labor. Hactenus certe delituit, scriptorum uicio adeo deprauatus, ut uix prodire auderet in publicum. Sed tandem uolente Christo optimum nactus est patronum, & promissi tenacem Reuerend. scilicet. P. Nicolaum Romagnanum, nunc generalem congregationis Lombardiæ uicarium, quo authore: eiusdem quadragesimale opus, typis est pulcherrimis illustratum Nam sciens occultæ musices nullum esse respectum, idest, nihil ex arte quam occulit artifex emanare utilitatis, nauauit operam cum typographis, ut has quoq̄ euangelicas declamationes cuderent, & a nobis pro uirili castigarentur. Obtemperauimus: quāquā Momo satisfacere nequerim⁹, etiā si sexcētis i locis, nō sine īmensis laboribus ac uigiliis, per nos sint emaculatæ. Cuiq̄ sermoni euangelicum textum præmisimus, ac textui quædam ex Bataui Ciceronis in nouum testamentum annotationibus, nequaquam reiicienda, quæ lectori politioris literaturæ studioso, scio non displicebunt. Sume igitur quisquis es, hoc magni præconis uolumen, tam beneuolo animo q̄ tibi offertur, in cuius doctrina nihil sis reperturus uenēni, sed cœlestem doctorem Christum discipulis ubiq̄ suis, ac senatoribus stipatum. Lege, & breui senties, q̄ sermo domini ignitus sit, efficax. & penetrantior quouis gladio utrinq̄ incidente, pertingens usq̄ ad diuisionem animæ, simul ac spiritus, compagumq̄ & medularum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, atq̄ ut paucis claudam, conuertens animas. Bene uale amice lector, & Deum Opt. Max. comprecare ut tantum tribuat uirium eremitanæ multitudini quo e siluis & specubus suis non hactenus uisa in hoc ipso declamandi genere in lucem emittat uolumina. Taurini in Diui Augustini cœnobio XI. cal. Febr. .M.D.XXIX.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Lectori.S.

¶ Candide lector in colligendo indice deprehendimus alicubi numerales notulas chartarū nō cōuenire præcedentibus chartis. Tuum itaq; erit corrigere calamo, ne perdas bonas horas indignatione uictus. Vale.

A

AVdire uolunt aliqui magis fabulas q̄ uerbū dei de quorum salute desperandum. Charta cxxxix. & ccxliii.
Audire desyderāt hoies ī uita ista noua & uidere mirabilia. ccxxxiii.
Audiēdi diuina uerba datur nobis modus. lxxxi.
Audire Dei quid. cccix
Audire spiritus sancti: quid. cxcvii.
Auaritia sacerdotū tpe xpi. cclxiiii
Auarus hydropico cōparatur, & ibi plura contra auaros. ccxcvi
Augustinus libros liberaliū artiū per seipsum legit & intellexit. cclxviii
Augustinus ad deū cōuersus spē oēm quā hēbāt in sæculo reliqt. cclxvii.
Augustī. nō fuit sal infatuatū uanitate mundanæ philosophiæ. cclxviii
Aug. errores multos ipugnauit. ea.
Aug nō fuit implicatus lucris tēporalibus nec infatuatus persecutionū timore, neq; amore carnali eadē
Aug. luci comparatur ratione claritatis doctrinæ. cclxix
Augustini doctrina mentem inflammat. eadem
Augustinus ciuitati supra montē posite comparatur & quare. eadem
Augustinus accensæ lucernæ comparatur. eadem. & cclxx.
Augustinus non resplenduit ad propriam gloriam. eadem.
Aug. legē dei multiplicipleuit cclxxi
Augustinus magnus fuit ī triplici regno cclxxii.
Augustinus magnus fuit in latitudine charitatis eadem.
Augustini ad sacras litteras reuerentia. lii.
Augustino diuini uerbi considerāti maiestatem apparuit puer in littore maris. xliiii.
Augustini uita paucis comprehensa in charta habetur libri penultima.
Augustini laudes fusius lecturus es in libris cronicorum Reuerē. P. Magistri Claudii cognomēto supremi de Monte pessulano, qui quācito in lucem prodibunt.
Authoris humilis confessio cum diuini imploratione auxilii i.
Augmentum corporis Christi in tempore. lxi.
¶ Abel & Zacharias quare soli nominēt a xpo, ex his q fuere occisi. xlvii
Abel sanguis quare super iudæos uenerit qui eū nō occiderūt. eadem.
Abraham pater multorū iterpretatur & Christo cōuenit. cclxxx.
Abias interpretatur dominus pater, & conuenit Christo. cclxxxii
Abiud iterpretatur pr̄ meus. cclxxxiii
Abominatio in sacris litteris quid importet. cccxlvi.
Abominatio desolandæ ciuitatis, abominationem in ecclesia futurā nouissimis tpibus mystice designat. ea.
Abominatio futura ī ecclesia antixps est propter quattuor. eadem.
Abominatio tria uicia sunt. s. supbia

luxuria & hypocrisis. cccxlviii.
Abhominabili antichristo persequen/
te quid agendum. eadem.
Abscunsio christi quomodo intelligē
da, & quare se absconderit. cxlii
Abire diaboli. clx.
Absentia christi causa est desolatiōis
iudæorum xlviii.
℣ Achaz conuertens interpretatur &
christo conuenit. cclxxxiii.
Achim frater meus interpretatur, &
christo conuenit. cclxxxiiii
Accipere sancti spiritus cxcviii.
Adolescentibus pulcherrimum est cū
senioribus conuersari. xlix.
Adolescentes in cetu seniorum nō de
bent multū loqui, ppter quinq. lxxix
Adorand⁹ est xp̄s & quare. clxxii.
Adorat christum triplex mundi ma/
china. eadem.
Adorabat uirgo cum angelis deū ho/
minem factum. ccciiii
Aduentum nostrum ad christum dis/
positionem oportet p̄cedere. cccxix
Aduētus xp̄i i mentē duplex. lxxxii.
Aduentus christi ad iudicandum ma/
nifestatio. ccclviii
Aduentus christi ad iudicandum quan
do sit determinate futurus nemini da
tum est cognoscere & ponunt aliquo
rū de eo opin. seu cōiecturæ. ccclvi
Ad christū uenientē nō eiicit. cccxx
Adiit nemo christum fructuose nisi
tria habeat. cccxxxix
Aduersa mūdi fortiter tolerāda ccxcii
Admiratio prouenit ex ignorantia.
charta. lvii.&.cxxix
Aer spirat⁹ ad duo deseruit clxiii.
℣ Affectus magnus Christi prædican
tis. cxii.
Agri dei qui sint. ci
Agnus unde. lxxxiii.
Agnus dei ut in missarū celebratione
diceretur quis instituerit. eadem
Agentes contra uiam ueritatis & con
tra ueritatis iustitiam. ccxi.
℣ Altissimi uirtus xviii
Altaria duo erant in templo xlvi.
Altilia unde xxxvii
℣ Amen hebræum est uocabulum, &
quid significet. iiii.&.ccxxxv
Amicicia bona bonū honestū ē. xlix
Amor diuinus ē spūs sanct⁹ ccxiiii
Amor quo rapimus ad diligendum
deum quis nam sit. ccxv.
Amoris mundani deus, diabolus est.
charta eadem,
Amor carnalis excæcat. cxxix
Amor, amantem transformat in ama
tum. ccxvi.
Amoris uis cli
Amor sanctarum mulierū quæ ad mo
numentum uenerunt & ardens earū
deuotio commendatur cxlix
Amor, nō q̄libet ē dilectio cclxxv
Amor quo diligitur deus est cunctis p̄
ceptis excellentior. ccxcviii.
Amatores uitæ præsentis mortem fu
giunt quā uitare nō possunt. cccxiv.
Amor dei quintuplex est. ccc.
Amor in filios naturalis est. cccxxii
Amores duos: duæ faciūt ciui. ccxiii
Amet quomō nos p̄ q̄ dilexerim⁹ fi
lium eius, cum dicatur diligamus deū
quia prior dilexit nos. ccii.
Amicabilis sermo xp̄i ad discip. clx.
Amicus dulcis christus. cxxvii.
Aminadab spontaneus interpretatur
& christo conuenit. cclxxxi.
Amon fidelis interpretatur, & chri/
sto cōuenit. cclxxxiii.
℣ Anna interpretatur lix